

Bermon

tantur: et ante tribunal iudicis congregatur
tunc due dant sententie. una pro electis: et al-
tera pro reprobis. Prima erit ista. Venite
benedicti. Secunda Ite maledicti. Per pri-
mam sententiā electis ineffabilis gloria. per
secundā reprobis interminabilis miseria ad-
iudicatur. Est autem electorū gloria ineffabi-
lis propter tria. scilicet propter omnī bono-
rum generalem influentia. totalem suffici-
tiā. eternam permanētiā. Primo dico p/pt
ter omnī bonorū generalem influentia. quia
dei patris: dei filij: dei spūstanti: omni-
um angelorū et omnī sanctorū gloria in-
nos fluit. Hinc p̄ ysa. lxiiij. dicit. Delinqs af-
fluens ab omnimoda gloria dei. Secundo erit
gloria ineffabilis propter totale sufficiētiā
quia gloria que ab omnib⁹ fluit: in nos totos
fluit ut non sit dare punctū in corpore et ani-
ma qđ non bac gloria repleat. Hinc iterum
ysa. lxiiij. dicitur. Deserta tua et solitudines
tue et terra ruine tue angusta erunt pre habi-
tatoribus. et dicēt in auribus tuis. angusta/
tus est locus: fac spaciū ut inhabiē. Ter-
cio erit ineffabilis ppter eternam permanē-
tiā. quia lux perpetua lucebit sanctis suis.
Sic eccl̄uerio reprobis erit ineffabilis mis-
eria propter predicta tria. scilicet ppter gene-
ralem omnī malorū influentia. totale suffi-
cientiam. et eternā permanētiā. Primo di-
co eoz miseria erit ineffabilis ppter omnī
malorū influentia. Omne enī malum influ-
it super eos. Qđ Deutro. xviiij. dñs cōm̄
natur cum dīc. Uniuersos languores et pla-
gas que nō sunt scripte in volumine legis in-
ducet dñs super te. Secundo reproborū mis-
eria erit ineffabilis propter totale sufferen-
tiā. quia in toto corpore et in omnī mem-
bris pariter et in anima hāc miseriā sustine-
bunt. Tercio erit ineffabilis ppter eternā per-
manentia. Unde ysa. Ignis eorū non extin-
guetur. nec vermis eorum morietur.

Sequit̄ tertium principale. scz sic enī fiet et
tuū. In quo p̄minimur ne ad rāz districtū
iudicū nisi optime muniri veniam. Pro-
pter qđ sciendū q̄ sunt tria genera exercitio-
rum. que huic districtōi misericorditer nos
subducunt. scz si nos metiōs in hac vita di-
strictiē iudicamus: si offensas remittamus:

si iudicū primorū declinam. Nam de pri-
mo dīc apls. Si nos metiōs dijudicabim⁹
non vñq̄ iudicam⁹. Ber. Hibil aliud a
nobis exigit deus. tātū dicam⁹ iniquitates
nostras et iustificabit nos gratis ut grā co-
mendef. Diligit enim deus aīam q̄ sine in-
termisiōe dijudicat semetipam. idq̄ iudici-
um nō nisi ppter nos a nobis exigit. quia si
nos metiōs iudicamus nō iudicabim⁹. Sed
non facile quis credat iudicio suo. nec suffi-
cit ut quis se iudicet sola lingua dices. Ego
me peccatorē iudico. me peccatorē esse co-
gnoscō. Sed ad verum iudicū requiri tri-
plex testis: testante dño. In ore duorū vel
trium testiū stet omne verbū. scz testis cor-
dis p̄funde contritiōs. testis oris fidelis co-
fessionis. testis operis cōmensurate satissa-
ctionis. et hoc iudicū a nobis exigit deus: in
eo qđ dicit Joban. viij. Mōlīte fm̄ faciē iudi-
care: sed iustū iudicū iudicare. Qđ si vñus il-
loz testiū defuerint: dicit nobis de illud Sa-
pien. vi. Nō recr̄e iudicatis. Secundū qđ
huic districtō iudicio nos subducit est ini-
riarū siue offenditū remissio. per qđ supra
modū dominū placamus. Unde Luc. vij.
Dimittite et dimittimini. Item Mat. Si
dimiseritis hominib⁹ peccata eoz: dimittet
vobis celestis pater delicta vestra. qđ si nō
dimifit̄: nec pater celestis dimittet vobis
peccata vestra. Eccli. Relinq̄ primo tuo no-
centi te et tunc dep̄canti tibi peccata soluent.
Tertiū est vt p̄mū nostrū de malis nō in-
dicemus. Hinc dñs. Mōlīte iudicare vt nō
iudicemini. in quo enim iudicio iudicaueris
tis: iudicabimini. Si ergo hec tria exercitia
tanq̄ tres nūcios p̄mittim⁹: pacem nobis
imperat ut misericorditer iudicem⁹. Pre-
stante domino tc.

CILL. De sancto Martino. fmo. j.

Oculis ac mani-
bus in celū semp int̄. Verba
sunt ecclesie beatū Martini de
vite sanctitate p̄mēdatis: dicēte Greg. Sa-
ctiorū exēpla aīos audiētiū accendūt ut vide-
ant q̄ ab eis fortia sacra sunt et valde sibi id-
ignari ppter et humiliari q̄ talia nō imitan-
tūt.

GVerba ergo proposita maxima-

sancitatem glorioſi huius principis nobis insinuat, ppter quam nobis vermiculis vili- bus merito indignamur, que ideo deuotio- ni audientiū pponim⁹: ut p hoc virū q̄ con- mur erigere cupit: et repreando tenuiter imi- tari. Eld qd faciendum verba, pposita primo exponamus: vt cognito intellectu verborum sciamus quomō ipsum imitemur. Sancta ergo ecclesia cōmendat sanctum Martinuz q̄ oculis ac manibus semp fuerit intentus in celum. Per oculos autem deuotiōem et intentionē accipimus, per manū autē ope- rationem. Nam de oculo deuotiōis dicitur in Cantic⁹. Vulnerasti cor meū soror mea in uno oculoz tuorum, hoc est in oculo deuotiōis. De oculo nō intentiōis dicitur Mat. et Luc. Si oculus tuus simplex fuerit: totū corpus lucidum erit, quia ab intentionē omnia opa h̄a tenebrosa v̄lēnā luminosa iudi- dicantur. Quicqđ enim agant homines intē- tio iudicat omnes, q̄ etiam per manū ope- ratio designetur: dicēte Grego. Quid per manū nūli operatio designatur. Est ergo sen- sus, ppositi thematis. Beatus Martin⁹ co- ta deuotiōe in celo versabatur: et cum hoc per intentionē omnia sua opera in celuz simili- ter ordinabat: ut nihil vñqz, ppter se; ppter homines; propter mundū faceret: sed omnia propter deū. Sic breuiter pat̄z quomō iste sanctus oculis ac manibus semp fuerit in- tentus in celū. Cui simile est illud qd de ce- teris cōfessorib⁹ dicit. Iste sanct⁹ digne ver- titur in memoriam hominē, vñqz cogitatiōe et auſiditate in illa eterna patria cōuersat⁹. Qd enim hic dicitur oculis ac manib⁹: hoc illis dicitur cogitatiōe et auſiditate. Exposi- tis ergo p̄dictis verbis nunc, pponenduz est quomō ipsum imitari debeamus: ut si glo- ria eius participes esse cupim⁹ viaz per quā venitur ad gloriam non recusem⁹: ut et nos possimns gloriari in domino: dicentes. Ocu- limei semper ad dominū zc. Verum q̄ ne- mo repente fit summus: nec sine quibusdā medijs oculos nostros semper in celo tene- re possumus. ideo oculi nostri in inferiorib⁹ istis acuendi et assuefaciēdi sunt: ut tandem aliquādo ipsos tanqz quibusdā gradibus (duce gratia) ad deū semper erigere palea-

mus. **D** Primo ergo oculos nostros cum manibus, i. deuotiōem nostram et intē- tionem et omnē operatiōem retro nos diriga- mus, secundo ante nos p̄spiciamus, tertio infra nos videamus, quarto intra nos inspi- ciamus, quinto a dextris et sinistris circulpi- ciamus, sexto ad celum oculos erigam⁹. Se- primo oculos ipsi deo quācum possum⁹ infi- gamus. **H**ec p̄sequentes per ordinē primo oculos nostros post tergum super mala que cōmisimus reflectam⁹ deuotiōem profunde penitentie cum intentionē et operatione in sa- tisfactionis sacrificiū offerentes. Cito enī proficimus si exercitiis nostris rectum ordi- nem imponam⁹, qd facere monemur Leui- ti. Juste qd iustus est exequaris, taliter hec agentes ut ante omnia per oculū deuotiōis peniteamus: cōsiderates intimo dolore que qualia et quāta sint cōmissa. et tunc per ocu- lum intentionē omnia nostra opera in satis- factionem talū iusto ordine dirigamus: ita ut si fieri poterit singulis peccatis singulas deuotiones penitētie tribuamus. **A**d facie- bat Hieremias cum peccata populi deplo- rabat: dicens. Diuisiones aquarum dedu- xit oculus me⁹. Quod exponēs Grego. di- cit. Diuisas quippe ex oculis lacrýmas de- ducimus: cuz singulis peccatis dispartitas lacrýmas damus. Hunc respectū iuste fi- guratuz legimus Exo. xiiij. vbi dicit. Egre- diētes filij israhel te egyp̄to leuauerūt ocu- los suos et viderunt egyptios post se etis- muerūt valde. clamauerūtqz in celuz. Per egyptios enim qui tenebre interpretātur si- gnant peccata que cum tot et tanta videm⁹ nos insequi: merito timemus et clamamus ad dominū. **H**unc ergo respectū tam diu cō- tinuemus: quo usqz domin⁹ misertus nostri dicat nobis illud yla. Ego televi ut nubes iniq̄ates tuas: et quasi nebula peccata tua. Sed quid p̄dest remissio peccatoruz: nisi de- tur nobis gratia cōtinendi? **S**ecundo ergo oculos cum manibus ante nos in dei iudi- cium dirigamus: cogitātes q̄ districte pro- peccatis singulis et maxime post remissionē iteratis a deo iudice iudicāt q̄ in numero p̄deret mesura oīa exoluere nos oport̄z Eccl. xij. **D**e oī errato adduc te de⁹ ad iudicium

Bermon

Do si apertis oculis videtur emus: peccata cu^m summa diligentia caueremus. **Q**uis enim nisi mētis inops a iudeo muruaret obulum ut iu breui p^r eo redderet marca auri: aut quis pro delectatōe momētanea penam longissimaz: et cum hoc grauissimaz sustinerez. **H**inc Sapiens. **O**nīmū pro magno placeat tibi ac si dicat. **V**inima pena in resistēdo placeat tibi p^r magno. i. plusq^z magna pena in luendo. **C**um ergo vicijs et iam dimissis peccatis itez impugnamur: p^rsens nos fortiter teneamus: dirigentes oculos cum manibus ante nos ad te iudicuz atq^z dicentes illud Apoli. **H**orrenduz est incidere in manus dei viuentis. **S**i postea daretur sterū grana penitendi: multo tamē facilius cauetur peccatuz q^z emendef. opoz ter enim hominē per multa trahi anteq^z peccatū penitus destruaf. **P**ropterea Elm brof dicit. **F**acili^r inueni eos qui innoceutia seruauerunt q^z qui dignam penitentiā egerūt. **L**anta enim mala incurrimus ex peccato q^z raro vñq^z ad plenū emendātur. **Q**dfiguratum legim^r in veteri testamēto. quia licet templū domini post primā destrucciōem fississet sepius reparatū: nunq^z tamē fuit ad decorem pristinū reformatū. **C**eruz quia post peccatorū emendationē et post eorūdem celationem iam inter amicos dei incipim^r cōputari: ideo necesse est vt in signuz eiusdem amicicie scipiam^r a dñi rāq^z filij charissimi flagellari. **S**ic enim angelus dixit ad Iob: am. xij. **Q**uia acceptus eras a domio: necesse fuit vt temptatio pbaret te. **E**t de Abrahā dicit Judith. viij. Abraham per multas tribulatiōes pbatus: amicus dei factus est. **E**t ideo vt hic dñi flagella virtuose et cū patientia sufferamus: necesse est vt oculos iterū alibi inlectam^r. **T**ercio ergo oculos cu^m manibus infra nos in infernū cū multa sollicitudine dirigamus. vt si amara videatur flagella dñi: cogitem^r melius est vt hic castigem^r q^z in inferno eternaliter dā nemur. dicentesq^z in singulis flagellis illō Judith. viij. **O**mnes qui temptatōes non suscepimus cū timore domi exterminati sunt. **N**on ergo vltiscamur nos p^r bis que partur: sed reputatē peccatis nostris hec ipsa

minorā esse supplicia flagella dñi: quasi serui domini qui corripimur: ad emendationē non ad perditiōem: misericordiam euenisse credamus. **Q**ui enim vt ait Job. vij. timerit priuiaz irruet super eum nix. **L**um ergo stā gellamur a domio: dirigamus oculos cum manibus infra nos ad penas inferni: dicens cum gaudio. **N**elius est hic purgari q^z illic eternaliter cruciari. **I**psa enim flagella certum dant indicū q^z inferni supplicia euadēm. **Q**uia vt ait p^rphet̄. non colurget duplex tribulatio. **D**icetq^z nobis deus. **A**fflūxi te et non affligam te ultra. **H**ostis autem noster dyabolus videns nos per peccatoruz remissionem et per eorum cessationem patiterq^z per domini flagellatiōem non soluz erutus a sua potestate: sed longe ab eo alienatos: actius incipit nobis insistere: instaurans contra nos omnia huius mūdi delectabilitia: per que rāq^z per machinas fortissime nos impugnat: immitens nobis tales et similes intoxicas immissiones. quid facis et presentem vitam vis perdere et futurā? **Q**uarto ergo oculis ac manibus totum hunc mundum cum suis appendicis cōspiciam^r: caute estimates quid omnia que mūdi sunt habita proficiat: quid nō habita nocant. et invenim^r q^z habita nocent plurimuz quia tei amiciciā perdim^r: et per cōsequens omnē bonum: dīc. Iaco. iiiij. **Q**ui vult amic^r esse huius seculi inimicus dei cōstituit. Inimicos autem eius deus percunt in posteriora et probrium sempiternuz dabit eis. vt ait p^r. **S**preta autem ppter deum multum proficiunt. q^z p^r nobis omnia bona cōmūrat: domino p^rmitente. **M**at. xij. **O**mnis qui reliquerit fratrem et sororem: patrem et matrem: dominos aut agros ppter nomen meū: centu. ac ci. et vitā eter. possi. **Q**d exponens Augusti. dicit. **O** felix cōmutatio. p^r reliquit omnia vana et accepit omnia bona. **N**am de his vanis dicit Salomon Eccli. j. **C**lidi cūcta sub sole et ecce vñnera vanitas. **Q** autem pro his accepit omnia bona facile ostendit. quia accepit deus in quo est veraciter omnia bonum. **Q**uam cōmutationez si vt vere es luculenter perspicim^r: facile cōtemnū vñueris saltum iudicio ratōis. **E**t licet homo ex

hac consideratio luce clarius videat omnia
 que mundi sunt penitus cōtemnenda tanqz
 vilia: inutilia: et omnia priciosa. interior in
 affectio difficilime abstrahit ab eisde*z*. ideo
 oculi cum manib*z*. i. deuotio: intentio: et om-
 nis nostra opatio intra nos est dirigēda. ut
 interior noster homo ab hac viscositate luculē-
 ta materia abstrahat. **H**oc ergo
 oculi cū manib*z* intra nos dirigant: diligē-
 ter considerantes ubi interiora nostra iaceant
 ubi sordeat. et inuenimus quod etiam peccatis
 expulsis adhuc reliquiarū viscositas multū
 h̄eret. **Dicit enīz Hen.** **H**uiusmodi pestes
 vicioz usque in ultima sollicitudine solitariū
 persequuntur. et nisi prīnaci studio expugnata
 fuerint leniri possunt: sed vinci vix possunt.
 et quocum cōponat se animus h̄eret. et in quod
 uis solitudine secretuz et silentiu cordis esse
 non patit. cui quo maiore cōtingit inesse cō-
 suetudinis usu; eo nequior et rebellior inue-
 nitur. Ergo homo int̄rosuz ingrediēt potē-
 tias anime ex male p̄suētudinis usu deprava-
 uatas: et ad h̄ec terrena appetēda pessime in-
 curuatas erigat et corrigit. **N**am rationē quod
 data est homini ut deū cognoscat inuenit ce-
 cam voluntatē que data est homī ut cogni-
 tum amaret inuenit incuruā memoriaz quod
 data est homī ut in cognito et amato dulci-
 ter requiesceret iuenit instabile et inquietā.
 Erigat ergo homo rationē ad deū ut eū sem-
 per cogitet. corrigit voluntatez ut solū deūz
 cognitū amer. cōpescat memoriaz a vagis ut
 in deo discat tandem aliquā stabiliri. **U**nde po-
 tentie taliter ut dicitū est repate: cito recipē-
 tant promodo amoris quē habēt ad deū que-
 cūque auerse a dño perdiderūt. **V**erū quod diffi-
 cilime ut dictū est a terrenis h̄e potētiaeuel-
 lunf: nisi ostendat eis aliqd meli^z quo se cō-
 uertant et cui promouēte gracia iulxereant: id/
 circa iterū erigendi sunt oculi cū manib*z* ad
 diuina. quod ut dicit Hen. **J**ustū est ut quos
 presēntia nō delectat prosto sit eis memoria fu-
 turopz. et qui de retū affluētia despiciunt con-
 solati: recordatio illos delectet et mīratis. quod
 nequacum sine amore anime eē poterunt. **D**icit enīz Greg.
Anima sine delectatōe esse non
 poterit. aut enim delectabilis in infimis et ca-
 re sup̄mis. aut in summis et infima tunc cō-

temnit. **L**epto ergo erigam oculos
 cum manib*z* ad supna: cōversatōem nostrā
 habentes in celo et hereditatē nostrā a longe
 salutates. quod facere monemur Hen. iii. vbi
 dicit. **L**eua oculos tuos in directū ad orientem
 et occidentē. ad aquilonē et meridiē. om-
 nem terrā quā cōspicis tibi dabo. quod revera
 solūmodo cogitatuz posset corda durissima
 inflāmare quod nos viles vermiculi tam glori-
 osam hereditatē in eterū in omnī bonorū
 abundātia possidendā aliquā possidemus. et
 ideo preparter hanc copiā omnī bonorū in h̄ac
 pregrinatōe solo corpore cōstiruti: sola cogi-
 tatione et auditate deberemus in illa eterna
 patria cōtinue prouersari. **E**t hoc h̄ortat apō-
 stolus Colos. iii. dicens. **Q**ue sursum sunt
 querite. ubi christus est in terra dei sedens
 que sursum sunt sapientia: nō que sunt sup̄ ter-
 ram. **H**inc Hen. **C**ircuite et vos dilectissi-
 me anime sedes supnas et mīltas que in do-
 mo patris sunt mansiōes humiliiter proster-
 nentes corda vestra ante thronū dei et agni:
 supplicantes procelsis ordinibus angeloz. pa-
 triarcharū cuneos. numerū prophetarū. sena-
 tum apostolicū salutates. suspicentes coro-
 nas martyriū. choros virginū admītantes et
 quātum proualer infirmitas cordis erigentes
 auditū. **S**eptimo magni sancti adhuc alti-
 us erigunt visum suū. cōtemplationē suam
 quātum humane fragilitati possibile est in
 ipm deum dirigentes. **A**d quod faciendū et si
 interduz admittitur: rarissime tunc fit illud: et
 hoc ipm quod ad punctū accidit viris sanctissi-
 mis et profectis. nec tunc adhuc in ipsuz deū hoc
 est in ipm vim diuine essentie protingūt: di-
 cente Job. **S**apiētia diuina abscondita est
 ab oculis omnī viuentū. **C**ui colsonat illd
 i. Jobā. iiiij. **D**eū nemo vidit vñque. **Q**uan-
 que tamē veteris testamēti patres referat deū
 crebrius se vidisse. **D**icit enīz Jacob Hen.
 xxiiij. **V**idi dñm facie ad facie. **I**te Job vlt.
Auditū auris audiū te: nunc autē oculū meū
 us videt te. **V**idi ysa. qui ait. c. vij. **V**idi do-
 minū sedente sup soliū excelsuz. **Q**uā protro-
 uersiā pro distincōez Greg. determinat: ita di-
 cit. **Q**uid est quod patres veteris testamenti
 deū se vidisse testati sunt. cū tunc dicat Jobā.
 deū nemo vidit vñque. nisi hoc quod patēter dat

Sermo

intelligi. qz dñi hic mortaliter viuit: vide/ri per quasda imagines deus potest. sed per ipaz nature sue specie nō potest. vt aia pgra/niā spūsanci afflata: pfiguras quasda de/um videat. sed ad ipaz ym ei⁹ essentie nō p/tingat. **Hinc Bern.** Quicqd te dei visioue fidelib⁹ hic imparnit: speculū est ⁊ enyigma/tantū distas a futura vita quātuz a veritate fides: tēpus ab eternitate. ⁊ hocipm breui/ter ⁊ raptim. **Qd bene Job xij.** insinuat: di/cens. Ad teū stillat ocul⁹ meus. Nam noīe stillle modicitate ⁊ raritatē hui⁹ cōtemplati/onis insinuat. Quid g⁹ agendū sit in hui⁹ cōtemplatiois difficultate: docet Bern. dicēs. **H**i qui soli deovacat p̄siderat quid sit deus in mūndo: quid in homib⁹: quid in angelis: quid in seipo: quid in reprobis. **E**st em̄ mū/director ⁊ gubernator. hōim benefactor ⁊ li/berator. angeloz sapor ⁊ decor. in seipo prin/cipiū ⁊ finis. i⁹ reprobis terror ⁊ horror. **E**st g⁹ in creaturis mirabilis. in hominib⁹ ama/bilis. in angelis desiderabilis. in seipo incō/prehēsibilis. in reprobis intolerabilis. **S**i ergo his septē p̄sideratib⁹ oculis deuotōis ⁊ intentōis cū manib⁹ opatōem intēti fide/liter fuerimus: vitā nostrā ducimus ad pse/ctum. **H**ec ergo circūspectio p̄figurata legi/tur Ezech. vbi dicit de sanctis animab⁹. qz erat plena oculis ante ⁊ retro. **Qd exponēs** Greg. di. **C**orpa sanctoz aīaliū idcirco ple/na oculis describunt: qz sanctoz actio ab omni/p̄cē circūspecta est bona desiderabilis: pui/denē: mala solerter cauēs. Cautē ergo inui/gilant ut se vndiqz aspiciat. vbiqz custodiāt aut ne mala p̄terea ipa appetat: aut hec ea/tem sub specie bonoz agat: aut se uita virtu/tes mentiant. **D**e his septē circūspectiōib⁹ adhuc dicit Zacha. viij. Septē oculi erat su/pe/lapidem vnu.

CLIL. **O**ce eodem sermo. ii.

Martinus. Dicit Greg. **M**artyres esse possim⁹ etiā si nullo p̄cūnientiū ferro tri/cidamur: **Q**nō solū huius autoritatis in/sinuatōe: s. ⁊ glorioſi istius p̄fessoris nomis interpratōe cognoscim⁹ euidenter. **D**icit em̄ Martinus qz martyre vnu. qz cōfessor

fuerit ⁊ tñ martyr dicit: quid aliud nobis i/nuitur nisi qz sine effusioē sanguinis mer/itum martyrij cōsequi possum⁹ apud deum? **E**n ecclēsia de isto p̄fessore cātar. **O** sanctis sima aia: quā ⁊ si gladius p̄secutoris nō ab/stulit: tñ palma martyrij nō amisit. **Q**z Quibus aut̄ exercitib⁹ hoc possit fieri: scien/dum qz tres habit⁹ rez possidet oīs homo. s./res. corpus. ⁊ animā. quoqz tria sup̄ma exer/citia vero martyrio equipollēt. **H**ūt em̄ isto/rum sup̄ma exercitia tā difficilia: tā ardua: tam sup̄ modū laboriosa. vt sanguinē quem martyres effuderūt gladio: macie squalore ⁊ inedia attenuēt ⁊ p̄sumēt. **H**ec p̄ ordinez p̄sequētes: primo dico qz sup̄mū exercituz qd per res ⁊ in rebus deo possumus exhibe/re: cōsistit in plena omnī rez ⁊ p̄fecissima denudatiōe. vt videlicet p̄mpia voluntate ⁊ opis veritate oīa bona tp̄alia plene et p̄fecte ⁊ itegre relinquam⁹: nudi nudū xp̄m fideli/ser imitātes. vt cū attestatōe cōscientie dice/re possum⁹ cū aplo. **E**cce nos relinquit⁹ oīa ⁊ secuti sumus te. vere pauprati cū affectu et effectu nos tota liter īmergentes. **H**anc aut̄ paupratrez trib⁹ appēdicijs veraciter p̄solue/mus. s. in p̄fundā cordis būilitate. despecta ⁊ abominabili cōtemptibilitate. dura ⁊ aspe/ra penalitate. **D**e primo sc̄ humilitate mo/ner nos dñs Eccl. vij. **M**ūlia valde sp̄m tu/um. qz de būilitate ranqz de radice pullulat omne bonū. **O**mnes em̄ qui vncqz deo pla/cuerūt sūt eius grāz p̄ būilitatē p̄secuti quā ipse de⁹ qui omnī sanctoz suoz decor est et gloria: in seipo discipulis suis ⁊ in illis ipo/suit nobis: dices. **D**iscite a me qz minis lum ⁊ būilis corde. **Q**uod exponens Bern. dic. **S**ublimis est deus sed nō ita tibi. pponit/ur sed eius būilitas in imitatiōis nobis. pponi/tur exemplū. **S**i em̄ seipm nobis in sua sub/limitate pponeret: quis cū taliter posserim/iari? **S**z nibil nobis facilius qz lequi ipm in būilitate. maxime cū omnia nostra qz taz in affectib⁹ qz in defectib⁹ ⁊ etiā in effectibus habemus: ad būilitatis nobis virtutē peni/tus obsequant̄. **S**eqm̄ ergo deū in humiliatē quē nec in sanctitate nec in charitate se/qui possumus. seqm̄ eū in his in quib⁹ fa/cilime possumus. i. in suis būilibus: quez in